Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26360
Copyright: Admont, Benediktinerstift



discordare. Mor. Plorans. p. innocte. anima
scil. in peccatorum cecitate. de qua dr. Sit nox illa
solitaria. nec laude digna. Sed non plorat suo
arbitrio. sed miserante deo. Unde in persona dni
plangens ppha dicit. Cum s. s. c. etc. Nisi enim dns
misericordia motus eam sola sedere uidisset. ipsa se
minime plorasset. Unde illud. Respexit dns
Petrum. & fleuit amare. Lacrime eius inm. eius.
Maxille anime conscientia est. Ultus in maxillis
formatur. cuius qualitas in conscientia monstratur.
Conscientia uero quoniam peccata sua. semper debet
fonte lacrimarum irrigari. Unde dd. Peccatum
m. c. m. est semper. Alit. Nec est qui consoletur eam. uero
consolatore amisso. i. spiritu sancto. cum presertim omnes
amici. i. affectus praue delectationis fiant
ei inimici. cum in die iudicii secundum apostolum in
surgunt cogitationes. miseram conscientiam
accusantes. aut defendentes. & demones
pessimi persuasores. qui nunc decipiendo blan
diuntur. Col. Quartus conquestionis locus per quem
res turpes & humiles indigne pacien
tibus proferuntur. qui hic sepissime frequentantur.
Plorans interius. plorauit exterius. innocte. i.